Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26345
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sione dicentes: Benedictus es domine d. q. a. m. et c. e. me. isti uide
obsequium facturi dei adiutorium petunt ita dicentes: Deus in adiutorium
meum intende et cetera. Quod si quis illorum ibi presens non fuerit qui tunc
proximus stat benedictionem pro absente accipit. Sed ille tamen in crastino
pro hac neglecta ueniam petit. Illis dicendi sunt uersiculi a sa-
cerdote. Saluos fac s. t. Conuertere domine et ii. eaque collecta. Deus cui sep
humilium et illis autem. Saluos f. s. t. Mitte eis d. a. Oratio. Misericors
ac piissime deus qui ubique famulos t. Prius etiam quam conuentus exeunt
de ecclesia S. MARIE ut se possint calciare et interim descendere
dum ad necessaria sese conuentus. Manus et faciem lauant et pectinant.
faciunt ut moris est tres orationes in ecclesia si intrare potue-
runt. si non prope fores ecclesie. A kalendis autem octobris usque in pascha finita
prima uadunt in dormitorium et diurnalibus se calciant. manus
et faciem lauant. et pectinant. et si fieri potest ignem accendunt.
ut finita letania ad quam nequaquam desunt. ideo ignis sit in promptu
ad supermittendas fabas. Intrantes coquinam semper froccos exuunt.
et super lignum quod est muro iuxta cellarium infixum eos suspendunt.
Iterum lauant fabas ternis aquis. et sic mittunt super ignem. Aqua
caldario feruescente et spumas bulliente. eiciunt eas iugiter trans-
uerso coclear. ne forte simul cum spumis fabe supernatantes proici-
bi grā · ali ant. Quas etiam a fundo sepius cum ipso coclear di-
. frusti . uisant. ne cum mandi debuerint. sapiant ignis
odorem. Folliculi fabarum cum se incipiunt aperire. non permittunt eas
amplius super ignem. Aqua frigida iterum refrigerantur. iterumque coclear
huc et illuc diuisantur. Mittuntur in unam cuppam habentem coopertum
optime compaginatum. Caldarium quoque unquam coquebantur. intrinsecus usque
ad nitidum lauatur. Quo ablato ab igne. statim aliud dependitur. ut
aqua calefiat qua scutelle sunt lauande. Reclinatur etiam tabula ad